



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Avaritia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

de peccatis : sed requiritur quod sit propter
Deum, & de peccato quatenus est offensa
Dei. num. 39. & in No. num. 37. item cap. 11.
num. 37.

AVARITIA.

AVARITIA est vitium inclinans ad inor-
dinatum appetitum pecunia. Et opponi-
tur liberalitati per defectum appetitus dan-
di, sicut è contrario prodigalitas opponitur
eidem liberalitati per excessum appetitus
dandi. cap. 23. num. 69.

Avaritiae filie sunt Duritia cordis, Inqui-
tudo mentis, Violentia, Fallacia, Perjurium,
Fraus, Proditio. num. 75. & No. 72.

Quando Avaritia opponitur tantum libe-
ralitati, sine damno alterius, est de se venia-
lis tantum: quando verò adiungitur ei aliqua
circumstantia mortalis, ipsa quoque avaritia
est mortalis. Eadem distinctio facienda est
de prodigalitate. cap. 23. num. 75. & in No.
num. 70. & 73.

Accumulare diuitias ad prouidendum fu-
turæ necessitatì maximè ad collocandum fi-
lios matrimonio, non est vitium, sed prudē-
tia. Imò nec ad collocandum se in altiorem
statum.

60 BAPTISMVS I.

statum. num. 74. & 75.

AUGVRIVM. vide supersticio.

BAPTISMVS I.

A BAPTISMVS est Sacramentum aqua na-
uralis, qua unus ab alio in nomine Patris,
& Filij. & Spiritus Sancti cum debita inten-
tione abluitur. cap. 22. n. 5.

Baptismus est ianua reliquorum Sacra-
mentorum; sine quo fit homo incapax eo-
rum. num. 8. Vnde Character Ordinis de ne-
cessitate Sacramenti requirit Characterem
Baptismi: non tamen characterem Confir-
mationis. num. 9. §. 5. item Confirmationis præ
requirit Baptismum. num. 8.

B Solus Baptismus aquæ est propriè Bapti-
smus: sanguinis verò & flaminis, metapho-
ricè tantum. Baptismus autem sanguinis di-
citur ille, qui fit per martyrium: flaminis
verò, per peccatum sine copia baptizan-
di. num. 5.

Peccat mortaliter, qui est in causa, vt
aliquis sine Sacramento Baptismi decedat.
num. 6. §. 4.

Concilium Trid. sess. 7. cap. 14. à can. 1.
usque ad can. 54. damnat sub anathemate
dicentem, Baptismum Ioannis futisse tanta
virutis